



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 90. Summi Pontificis controversiæ cum Josepho I. Imperatore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)

§. XC.

Sæc. XVII.

A. C. 1705.

*Pontificis controversiæ cum Josepho I.
Cæfare.*

Quamprimum Clemens XI. Papa Leo-
poldum Cæfarem obiisse, per Jo-
sephi Romanorum Regis literas com-
pererat, mox die trigesima Maij datis
ad hunc literis sibi tanti Imperatoris
obitum permolestum accidisse professus,
spem suam manifestabat, qua eum Ma-
jorum suorum, qui ob perpetuam in
Deum, Ecclesiam & Romanos Pontifi-
ces cultum commendantur, insignem
pietatem æmulaturum confidebat, vi-
cissim pollicitus, quod eidem impen-
surus esset communis Patris officia,
quæ a nemine unquam desiderari ha-
tēnus passus fuisset, aut in posterum
pateretur; Paulopost tamen idem Pon-
tifex a suo promisso recessisse argueba-
tur, eoquod Cæfareis copiis transitum
per ditiones Pontificias denegasset, cum
tamen Gallis æque ac Hispanis Romæ
milites conducendi facultatem dedisset:
Majus autem indignationis argume-
tum accessit, partim ob cruentas rixas
inter familiares Oratoris Cæfarei, &
Cardinalis Furbini exortas, partim ob
decretum, vi cuius Papa quosdam no-
minabat, qui Ecclesiarum, ut vocant

*Wagner
Hist. Jos.
Imp. Epist.
Clem. XI.
Gottfrid.
Hist. cont.
pag. 64r.*

Hist. Eccles. Tom. LXVII. Y Natio-

Sæc. XVII. Nationalium, & præprimis Germanice
A.C. 1705. S. Mariæ de Anima & Hospitalis redi-
tuum & administrationis rationem ex-
gerent, cum autem hoc jus soli Cæ-
faris tanquam Protectoris Legato com-
peteret, vehementer reclamabat Lam-
bergus Orator, Pontifice autem hinc
proventus sequestrante, Cæsareus Ro-
tundus Auditor obseratæ Ecclesiæ claves Ca-
sari Viennam submisit: cum ergo vi-
ginti septem gravaminibus a Cæsare ex-
positis, satisfacere cunctaretur, ejus
Orator Roma insalutato Papa discessit
& vicissim Imperator Davide Nuntio Apo-
stolico, ut protinus Vieña excederet, pre-
cepit: Inde vero Pontifex gravi dolore
percussus, datis literis apud Augustum
Poloniæ Regem, qui tum inter Sacer-
dotium & Imperium concordiam in
Cæfaris Aula reddere adlaborabat, di-
vigesima Augusti vehementer quereba-
tur, eo potissimum nomine, quod
quamvis Cæsari, ejusque Ministris va-
rias injurias irrogasse, perperam accu-
saretur, nihilominus ad tantæ indigna-
tionis excessum nullam dedisset cau-
sam, imo nil eorum prætermisisset, qua
ad avertendum ejusmodi malum con-
ferre censuerit, inde vero publicum, &
gravissimum apud fideles scandalum, &
ingens ex Pontificis contemptu apud
hæreticos gaudium orirentur. Decimo

pot

per

La

pla

sch

Po

spic

Pap

tis

sit:

jus

Ap

voc

utr

acu

mo

esse

fide

qua

reß

exe

ver

mo

per

rat

per

tus

J

post die literas quoque ad ipsum Imperatorem, ejus Conjugem, Colonitzium, Sæc. XVII.
A. C. 1705. Lambegum, Grimaldum Cardinales, plures Præsules, & P. Ingelbertum Bischof Jesuitam Cæsarum Confessarium Pontifex dedit, exponens, quod suspiciones, quas Cæsarum Ministri contra Papam Cæsari ingesserint, solo veritatis & justitiæ lumine dispellere paratus sit: Ubi vero Pontifex primarum precum jus Cæsari, eoque is nondum a Sede Apostolica confirmatus esset, in dubium vocare aggrediebatur, tum vero gravis utrinque exorta est altercatio, moxque aculeatis oppido libellis certatum, demonstratumque, minime necessariam esse prætensam hanc confirmationem, sine qua Imperatorum non pauci, priusquam Germaniæ concordata fuissent erecta, hoc jus absque ulla oppositione exercuerent &c. Demum vero controversia de Nationali Ecclesia hunc in modum composita est, ut deinceps Papa per Visitatorem Apostolicum redditum rationem exigere quidem valeat, semper tamen eidem adjungatur Deputatus natione Germanus.

§. XCI.

Religionum diffidia.

Gottfrid.

Jam dudum Mennonitæ, qui se Calvini- Hist. cont.
p. 634. l. 14. nistas dicebant, in Palatinatu per Ketteler De-
cad. 5. p. 293. Y 2